Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26101
Copyright: Admont, Benediktinerstift



121

Mens quippe non videt nisi mente. Quia quidem videri potest intelligibilis. et quidem intellectualis est secundum illa distinctione. Quia propter sequestrata illa difficillima quaestione utrum sit aliquid quod tantum intelligatur nec intelligatur. vel intellectuale vel intelligibile subeadem significatione appellamus. Tria igitur ista quae usque corporale. spirituale. intellectuale. singillatim videanda sunt. ut ab inferiorib ratio ad superiora ascendat. Ita quidem superiorem exemplum proposuimus quod in una sententia omnia ita quae videantur. Cum enim legitur diligesproximum tuum sicut ipsum. corporaliter utique videntur. spiritaliter proximus cogitatur. intellectualiter dilectio aspicitur. si vero utique absentes possunt spiritaliter cogitari. proximus per sensum potest corporaliter videri. dilectio autem nec per substantiam sua potest oculis corporis cerni. nec per imaginem corpori similem spiritu cogitari. si sola mente. intellectu agnoscitur per spiritum. Corporalis sane visio nulli horum quinque praeesset si quae per ea sentiuntur illi spiritali tamquam praesidentia nuntiarentur. nam cum aliquid oculis cernitur. et unum fit imago eius in spiritu. si non dinoscitur facta in eius ablatis oculis abeo quod per oculos videbamus imaginem eius in animo invenimus. et illi quidem spiritualis et velut pecoris huc usque oculi nuntiant. Si autem aliquid rationalis est et intellectu nuntiatur. spiritus praesidet. ut si illud quod hauserit oculi atque id spiritui ut eius illic imago fieret nuntiaverit alicui rei signum est ut intelligatur et unum quod significet aut quaeratur. quod nec intelligi nec requiri in officio mentis potest. Vidit rex balthasar aruculos manus scribentis in pariete. et nunquid per corporis sensum imago rei corporaliter facta spiritui eius impressa est. atque ipso visu facto ac praeterito illa in cogitatione permansit. videbatur in spiritu et non intelligebatur. nec vel intellectum erat hoc signum cum corporaliter fieret atque oculis corporalibus appareret. ita vim signum esse intelligebatur. id habens ex mentis officio. et quae requirebatur quod significaret. et ipsa inquisitione nemque mens agebatur. quod non prius daniel accessit. et spiritum prophetico mente illustrata perturbato regi quod illo signo ostendere apparuit. ipse potuit prophetae hoc genus visionis quod mentis esset propium quam ille quod et signum corporaliter factum